



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniae, 1655**

§. 299. Et si hoc auditum fuerit à præfide.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45515**

arte non noſtis, vultis extirpare veritatem reſurreſtionis, at ipſa magis magiſque propalatur in vrbe & orbe. Ecce ſic Iudæi impingunt diſcipulis Chriſti, & dant pecuniam, delatoribus vt taceant! mira res. à ſæculo non eſt tale auditum: ſed ſint furati cur eos non perſequimini? aut igitur vos mali eſtis Magiſtratus aut furtum eorum commentitium eſt, aut omnino non eſt malum.

**B**one Ieſu nunquam obſecro ſic delirem, & quia de furto ſermo, incidit, oro vt te liceat crebro ſuffurari non furto ciuili, ſed fide, virtute non fraude, ſanctitate non crimine, viuum non mortuum, ideo precor gratiam vt ita ſinas te ſurripi ſæpe, ſicuti diſcipuli tui te ſuſtulerunt in fide, virtute, ſanctitate, vt viuum exemplar virtutū, & ſpolium meum mancas æternum.

§. 299. *Et ſi hoc auditum fuerit à præſide.*

Vaſti Principes, vt omnem timorem expellant à cordibus militum præueniunt ipſorum obiectionem, quam reponere poterant & forte reſpouerunt, ſcilicet ſi examinaremur à præſide Romanorum Pontio Pilato, cur nobis vigilantibus paſſi fuerimus auferri Corpus Ieſu à ſepulchro, fateri cogemur, & dicere veritatem nos vigilantes vidiffe eum reſurgentem à morte, & clauiſo oſtio glorioſum & viuum exiſſe è ſepulchro, nobis ſtupentibus & impedire non valentibus præfulgore nimio & ſplendore corporis eius. Et ſi tacuerimus & veritatem non dixerimus, rei iudicabimur mortis, quia nobis in excubijs ſtantibus vtique furto ablatuſ non fuiſſet. Denique ſi veritas reſurreſtionis eius poſtmodum paruerit, nobis quia antea negaſſe coram facie Pilati conuincemur, peſſime verteretur fuiſſe præſidi mentitoſ, & honor noſter periclitabitur, ſi non vita. quocunq; ergo nos vertimus, capti in ſermone videmur. Ad haſ obiectiones tollendas, præueniunt eos principes & ſeniores vt ſe & ſuum honorem tueantur apud populum, & dicunt. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide. Nos ſuaſedebimus ei, videlicet nos, qui cum ante ſuaſimus ei, vt innocentem damnaret, bene perſuaſedebimus ei, quod ſomniantes viderint fures, aut vigilantes recte permiſerint furtum.

**D**omine nunquam ſit honor meus mihi tam pretioſus vt vel velim eum peccando tueri vel fulcire mendacijs, ſed potius ſemper amem cõfundi eorū hominibus, cum veritate, quam peccando proximum confundere, aut circumuenire mendacijs præter legem tuam, Domine, iuſtitiamque & veritatem.

§. 300. *Nos ſuaſedebimus ei.*

Nos, ſcilicet principes populi, ſcribæ, pontifices & ſeniores authoritate qua pollemus, & diuitijs apud Cæſarem, præſidem, populum. quod enim volumus